Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

In catenam super Marci et Iohannis evangeliis editam - Cod. Aug. pap. 6

Thomas <von Aquin, Heiliger>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Cap. XII

urn:nbn:de:bsz:31-84699

Visual Library

dei filium negantes. quem putant non su-
is sed alienis virtutibus signa facere Theophilus
Hoc autem dicebant cedentes ipsum in indica-
cionem reducere ut si diceret In potestate
mea ipsum tenerent Si autem diceret in potestate
altius ab eo ipsum discedere pervenirent qui
ipsum deum esse credebat. Dominus non interrogat
de iohanne non frustra neque sophistice sed
quia de eo iohannes perhibuerat testimonium
Unde sequitur Ihesus autem respondens ait
illis Interrogabo vos et ego unum verbum et
respondete michi et dicam vobis in qua
potestate hec faciam baptismus iohannis de celo
erat an ex hominibus respondete michi Be-
da. Poterat quidem dominus apta respon-
sione temptatorum calumpnias confutare.
sed prudenter interrogat ut suo vel silencio
vel sententia condempnentur quod apparet ex eo quod
subditur. At illi cogitabant secum dicentes
Si dixerimus de celo dicet Quare ergo
non credidistis ei. Quare quem confitemini
de celo fuisse prophetam in testimonium perhibuit
et ab illo audistis in qua ista facio potestate
Sequitur Si dixerimus ex hominibus timemus
populum omnes enim habebant iohannem quia vere pro-
pheta esset. Viderunt ergo quodlibet horum
respondissent in laqueum se casuros. timen-
tes lapidacionem. sed magis timentes veritatis
confessionem Unde sequitur Et respon-
dentes dicunt ihesu. Nescimus Ieronimus De lu-
cerna mundi obscurantur ut dicitur Paravi
lucernam christo meo Inimicos eius indu-
am confusione Sequitur. Respondens ihesus
ait illis Neque ego dico vobis in qua potestate
hec faciam Beda q. d. Non vobis dico
quod scio quia non vultis fateri quod
scitis Notandum autem quod duas ob causas
maxime scientia veritatis est celanda querentibus
cum scilicet is qui querit aut minus capax
est ad intelligendum quod querit aut contemptu
veritatis vel aliquo alio indignus est cui
debeat aperiri quod querit Capitulum xii

Et cepit illis in pa-
rabolis loqui Glosa
Postquam dominus pru-
denti interrogacione tem-
ptatorum ora concluserat
consequenter eorum ma-
liciam parabolice demonstrat addens Et cepit
illis in parabolis loqui Vineam pastinavit
homo et circumdedit ei sepem et fodit lacum
et edificavit turrim et locavit eam agricolis
Ieronimus Homo deus pater dicitur humano af-
fectu Vinea domus israel est Sepis est
custodia angelorum Lacus est lex Turris
templum. Agricole sacerdotes Beda Vel
sepis murus est urbis. Lacus sive torcular
aut altare sive illa torcularia quorum tres
psalmi titulo prenotantur Theophilus Vel se-
pis est lex prohibens eos alienigenis com-
misceri Sequitur et peregre profectus est
Beda Non loci mutacione sed abire
videtur a vinea ut vinitoribus liberum o-
perandi arbitrium derelinquat Sequitur Et
misit ad agricolas in tempore servum ut ab a-
gricolis acciperet de fructu vinee Ieronimus
Servi missi prophete fructus vinee obedien-
cia est De prophetis alii cesi. alii vulnerati
alii occisi sunt Unde sequitur Qui apprehensum
eum ceciderunt et dimiserunt eum vacuum Beda
Servus qui primo missus est ipse legifer moy-
ses intelligitur Sed cesum eum dimiserunt
vacuum irritaverunt enim moysen in castris Sequitur
Et iterum misit ad illos alium servum et illum
in capite vulneraverunt et contumeliis affece-
runt. Servus alter david regem et
ceteros psalmistas significat Sed et hunc
affecerunt contumeliis in capite vulneraverunt
qui psalmistarum carmina parvipendentes ipsum
david abiecerunt dicentes. Que nobis pars
in david Sequitur Et rursum alium misit
et illum occiderunt Et plures alios
quosdam cedentes alios vero occidentes
Tercium cum suis sociis servum prophetarum chorum
intellige Sed que prophetarum non sit per-
secuti. His sane tribus servorum gradibus
omnium sub lege doctorum figuram posse compre-
hendi dominus alibi innuit dicens Quoniam
necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege
moysi et prophetis et psalmis de me Theo-
philus Vel aliter per primum servum intellige
prophetas qui circa tempus helie fuerunt quem
michaeam verberavit Sedechias pseudo
propheta. Secundum vero servum quem in capite vul-
neraverunt id est affecerunt iniuria intellige

prophetas qui fuerunt circa tempus osee et
ysaie. Tercium vero servum intellige prophetas
qui fuerunt circa tempus danielis et ezech-
ielis. Sequitur Adhuc ergo unum habens fi-
lium carissimum et illum misit ad eos novissime
dicens quia forte verebuntur filium meum.
Jeronimus Filius carissimus et novissimus v-
nigenitus est. Cum autem dicit verebuntur
filium meum, ex ironia hoc dicit. Beda
Vel aliter. Cum ait verebuntur filium meum
non de ignorancia venit sed ambigere di-
citur ut libera voluntas relinquatur homini. Theophilus
Vel aliter. Non ignorans quod futurum
erat hoc dixit. sed ostendens quid erat
decens et congruum eos operari. Sequitur
Coloni autem dixerunt ad invicem. Hic
est heres. Venite occidamus eum et nostra erit
hereditas. Beda Manifestissime dominus
probat iudeorum principes non per ignoranciam
sed per invidiam crucifixisse filium dei. In-
tellexerunt enim hunc esse cui dictum est Dabo
tibi gentes hereditatem. hanc autem accipi-
ce mali coloni perimere moliebantur cum cruci-
figentes eum iudei fidem que per eum est ex-
tinguere et suam magis que ex lege est iusticiam
preferre ac gentibus imbuendis conabantur
inserere. Sequitur Et apprehendentes eum oc-
ciderunt et eiecerunt extra vineam. Theophilus
Scilicet extra urbem. Extra civitatem
quippe crucifixus est dominus. Jeronimus Vel
eiecerunt eum extra vineam id est extra
plebem dicentes Samaritanus es tu
et demonium habes vel quia quantum in se
a suis eum finibus excludentes gentibus
suscipiendum dederunt. Sequitur Quid ergo
faciet dominus vinee. veniet et perdet colo-
nos et dabit vineam aliis. Augustinus de con-
sensu evangelistarum Et quidem matheus illos
respondisse subiungit atque dixisse Malos
male perdet. Marcus hic non ab ipsis
responsum esse commemorat. Sed dominum post
interrogationem suam ipsum sibi quodammodo re-
spondisse. Sed facile potest intelligi vel
illorum vocem ita subiunctam ut
non interponeretur illi responderunt aut illi
dixerunt sed tamen intelligeretur. aut
ideo responsionem istam domino potius

attributam. quia cum vera dixerunt hoc etiam
de illis ipse dixit qui veritas est. Theophilus
Dominus ergo vinee est pater filii interempti et fi-
lius interfectus qui perdet colonos tradens
ipsos romanis et vineam dabit aliis colonis
id est apostolis. Si legas actus apostolorum et invenies
tria milia et v milia repente credencium
et fructificancium deo. Jeronimus Vel datur
vinea aliis id est ab oriente et occidente et
austro et aquilone venientibus et recum-
bentibus cum abraham ysaac et iacob in
regno dei. Beda Post hec ita dimissa
sua esse praedicta prophetico statim affirmat
exemplo subiciens Nec scripturam hanc
legistis lapidem quem reprobaverunt edificantes
hic factus est in caput anguli. q.d. Quomodo
implebitur hec prophecia nisi quia Christus a
vobis reprobatus et occisus traditus est
gentibus predicandus Ut quasi lapis
angularis duos populos condat in semetipsum
atque ex utroque populo unam sibi fidelium civita-
tem unum templum edificet. Eosdem enim
synagoge magistros quos supra colonos dix-
erat nunc edificantes appellat quia qui
subditam sibi plebem ad ferendos vite
fructus quasi vineam videbantur excolere
ipsi hanc quasi hanc deo inhabitatore
dignam quasi domum construere atque ornare
percipiebantur. Theophilus Lapis ergo quem re-
probaverunt doctores hic factus est in caput
anguli id est in caput ecclesie. Angulus namque
ecclesia est que coniunxit et coniungens iudeos et
gentiles. Hic autem angulus scilicet ecclesia a
domino factus est et est mirabilis in oculis
nostris fidelium scilicet. Nam ab infidelibus
in malis detrahitur. Mirabilis quidem est ecclesia
quia miraculis potens domino cooperante apostolis et
sermonem confirmante sequentibus signis. Et
hoc est quod dicitur A domino factum est istud et
est mirabile in oculis nostris. Jeronimus Vel aliter
hic lapis reprobus qui gustat angulus
coniungens in cena agnum cum pane finiens vetus
et novum incohans testamentum. prestat mira
in oculis nostris ut topazion. Beda Principes
autem sacerdotum respondebant vera esse

que dominus dixerat quod patet ex hoc quod
subditur Et querebant eum tenere et timuerunt
turbam. Cognoverunt enim quoniam ad eos parabo-
lam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt
ipse enim est heres cuius vineam necare dice-
bat esse vindicandam a patre. Moraliter autem
quicumque fidelium cum misterium baptismi committitur
quasi vinea quam excolat locatur. Sed missis
suis contumelys affectis vel cesis cum eum
sermo auditus vel contempnitur vel quod peius
peius est etiam blasphematur. Missum in
super heredem quantum in se est occidit qui
filium dei conculcavit perdito malo cultore
vinea datur alteri cum dono gracie quod superbus
spreverit humilis quisque ditabitur. Sed et hoc
quod principes sacerdotum manum mittere quere-
tes nihilominus timore turbe retinent cotti-
die geritur in ecclesia cum quilibet solo nomine
sibi eam quam non diligit ecclesiastice fidei
et pacis unitatem propter cohabitancium secum
bonorum multitudinem aut erubescit aut
timet impugnare. ¶ Et mittunt ad eum
quosdam Beda Querentes dominum compre-
hendere summi sacerdotes timuerunt turbam
atque ideo quod per se non poterant. herodis
satellitibus efficere temptabant ut velud ipsi
a morte eius viderentur immunes Et
to et mittunt ad eum quosdam ex phariseis
et herodianis ut eum caperent in verbo The-
ophilus diximus alibi de herodianis quod
heresis quedam nova erat dicencium ipsum
esse herodem propter hoc quod defecerant succes-
siones regum iudeorum. Alii vero dicunt quod
herodianos milites fuisse herodis quos
pharisei precibus inducebant de hijs que
dicebantur a Christo ut eum caperent et adducerent.
Vide autem eorum maliciam qualiter adulacione
ipsum decipere volebant. Nam sequitur Qui
venientes dixerunt ei Magister scimus quia verax
es Jeronimus Mollities enim illius interrogat
et circumdabant eum sicut apes mel por-
tantes in ore et aculeum in tergo Beda
Blanda autem et fraudulenta interrogacio
illum provocat respondere ut magis deum
quam cesarem timeat et dicat non debere
tributa solvi ut statim audientes herodi-
ani sedicionis contra romanos auctorem ha-
beant. Et ideo subdunt. Et non curas quemquam
Non enim vides faciem hominum Theophilus Ita
ut cesarem non honores scilicet contra
veritatem. Unde subdunt Sed in veritate viam
dei doces. Licet tributum dari cesari an non
dabimus. Totum enim eorum artificium eorum erat
undique precipitium habens. ut si diceret quod licet
censum dari provocaret contra eum plebem que
in servitutem reducentem ipsum populum. Si vero non
diceret quod non licet dari sic accusarent eum
tamquam concitantem populum contra cesarem. Sed
sapiencia fontis fugit dolos eorum. Unde sequitur
Cognoscens autem versuciam eorum ait illis Quid
me temptatis afferte michi denarium ut
videam. At illi attulerunt Beda Dena-
rius est genus nummi quod pro x nummis
imputabatur et habebat ymaginem ~~cesaris~~
cesaris. Unde sequitur Et ait illis. Cuius
est ymago hec et superscripcio. Dicunt illi
Cesaris. Qui putant interrogacionem salva-
toris ignorancia esse non dispensacionis ex
hoc discant quod potuit scire cuius ymago
esset sed interrogat ut ad sermonem eorum compe-
tenter respondeat. Unde sequitur Re-
spondens autem ihesus dixit illis Reddite ergo
que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo
Theophilus q. d. date quod ymaginem
habet ymaginato i. denarium cesari. Po-
testis enim et cesari censum dare et deo
propria offerre Beda i. decimas et primicias
et oblaciones ac victimas quomodo et
ipse reddidit tributa pro se et petro et
deo reddidit que dei sunt patris faciens
voluntatem Jeronimus Vel aliter nummum
habentes cesaris ymaginem reddite coacti
ex cesari vos ipsos libenter deo reddite
signatum est enim super nos lumen vultus
dei non cesaris Theophilus Quasi cesar
etiam est unicuique nostrum corporis inevita-
bilis necessitas iubet ergo dominus dare corpo-
ri cibaria propria et vestimentum et que sunt dei deo
Sequitur. Et mirabantur super eo. Qui cre-
dere debuerant ad tantam sapienciam mirati
sunt quod calliditas eorum non invenisset locum
¶ Et venit ad eum saducei Glosa.

Postquam dominus sapienter phariseorum calli
dam temptacionem euitauit ostendit quomodo etiam
saduceos temptantes confudit. Unde dicitur
Et venerunt ad eum saducei qui dicunt re-
surreccionem non esse. Thomas Heresis quedam
iudeorum erat qui dicebantur saducei et hii
resurreccionem negabant et dicebant quod non
est angelus neque spiritus. Hii ergo accedentes
ad iesum dolose narracionem non esse necessariam fac
tam nec fiendam. Unde subditur Et interro
gabant eum dicentes Magister moyses nobis
scripsit ut si cuius frater mortuus fuit
et dimisit uxorem et non reliquerit fi
lios accipiat frater eius uxorem ipsius et
resuscitet semen fratri suo. Septem ergo
fratres erant et primus accepit uxorem
et mortuus est non relicto semine. Et
secundus accepit eam et mortuus
est nec iste reliquit semen Et tercius
similiter Et acceperunt eam similiter septem
et non reliquerunt semen. Novissima omnium
mortua est et mulier. In resurreccione
ergo cum resurrexerint cuius de hiis erit uxor
septem enim habuerunt eam. Beda. Hec
enim istius more fingunt fabulam que delira
menta arguat eos qui resurreccionem asse
runt corporum. potest autem fieri ut vere i
gentes eorum aliquando hoc acciderit. Jeronimus
Mystice autem mulier sterilis non relinquens
semen cum septem fratribus. Novissime mori
ens quid aliud signat quam iudaicam syna
gogam relictam a spiritu septiformi qui
septem patriarchas implevit qui non re
liquerunt ei semen abrahe quod est his
christus. licet enim puer natus est illis nobis
tamen gentibus datus est que mulier mo
rtua erit christo nec cuiquam patriarche de
septem in resurreccione iungetur. Septeno
namque numero universitas perfectorum designatur
ut visa nunc per ysaiam dicitur apprehendent
septem mulieres virum unum i. septem ecclesie
quas dominus amat arguit et castigat cum
una fide adorant. Sequitur Et respon
dens ihesus ait illis Nonne ideo erra
tis non scientes scripturas neque virtutem
dei. Thomas q. d. Vos non intelligitis

qualem resurreccionem scriptura contineat
Credidit enim quod restauracio corporum talium
sit futura qualia nunc sunt. Non autem
sic erit. Sic igitur scripturas ignoratis sed
tamen virtutem ignoratis divinam. Vos enim
consideratis quod difficile dictu sit qualiter po
terunt dissoluta coniungi et cadavera adunari
hoc autem respectu divine potencie quasi
nichil est. Sequitur Cum enim a mortuis
resurrexerint neque nubent neque nubentur
sed sunt sicut angeli dei in celis q. d. di
vina quedam erit vite restauracio et an
gelica et ulterius non corrumpemur sed semper
immortales manebimus et propter hoc nuptie auf
ferentur. Nam nuptie quidem nunc sunt propter
corrupcionem ut per successionem generis persistamus
et non deficiamus. Tunc non sicut angeli
erimus qui sunt sine successione nuptiali
et nunquam deficient. Beda Considerandum
autem quod latina consuetudo hic greco
ydiomati non respondet. Nubere enim proprie
dicitur mulieres et viros uxores ducere
sed nos simpliciter dictum intelligamus ut
nubere de viris et nubi de uxoribus scriptum
sit. Jeronimus Sic igitur errant non intelli
gentes scripturas quia in resurreccione
erunt homines sicut angeli dei. i. nemo
ibi moritur nemo ibi nascitur nec infans · Thomas
ibi nec senex. Et aliter eciam deci-
piunt non intelligentes scripturas. Si
enim has intellexissent intelligerent quomodo
per scripturas resurreccio mortuorum posset
probari. Unde subdit De mortuis autem
quod resurgant non legistis in libro moysi
super rubum quomodo dixit illi deus inquiens
Ego sum deus abraham. deus ysaac et
deus iacob. Jeronimus Dominus autem super rubum
in quo est similitudo mea in quo ignis ar
debat sed non eius spinas consumebat. Sic
nos inflammat eloquium meum nec spinas
meas sub maledicto germinantes assumit
Thomas Dicit autem ego sum deus abraham
deus ysaac et deus iacob q. d. deus vi
vencium Unde subdit Non est deus mo
rtuorum sed vivorum. Non enim dixit ego
fui sed ego sum. tamquam illi patres exis
tant. Sed forte aliquis dicet quod hoc

dixit ſolum deus de anima abrahe non
de corpore. Ad quod dicimus quod abraham utrique
conveniunt ſcilicet corpus et anima. Ita et corpus
ſit deus et corpus vivat apud deum .i. in dei
ordinacione. **Beda** Vel quia eum probavit
animas permanere poſt mortem. Neque enim po-
teſt fieri ut eorum eſſet deus qui nequaquam ſub-
ſiſterent. Conſequenter inducitur et corporum re-
ſurrectio que cum animabus bona mala que geſ-
ſerunt. **Jeronimus** Unum autem dicit. Deus abra-
ham deus yſaac et deus Jacob ter deum
nominando. Non eſt deus mortuorum. Unum
deum iterans unam ſubſtanciam ſignificavit. Vi-
vunt autem qui vendicant ſortem quam
elegerunt. Mortui autem ſunt qui quod ven-
dicant perdiderunt. Sequitur. Vos ergo
multum erratis. **Gloſa** Quia videlicet et
ſcripturis contradicebant et virtuti dei dero-
gabant. ¶ Et acceſſit unus. **Gloſa** Poſt-
quam dominus confutavit phariſeos et ſaduceos
temptantes hic oſtenditur quomodo ſatiſfaciat
ſcribe querenti. Unde dicitur Et acceſſit
unus de ſcribis qui audierat illos conquiren-
tes. Et videns quoniam bene illis reſpondet in-
terrogavit eum quod eſſet primum omnium mandatum.
Jeronimus Nunc eſt hec queſtio apud eum magis
quod eſt quod omnibus preceptis in lege que diver-
ſa in exodo et levitico et deuteronomio or-
dinantur mandata. Unde non unum ſed duo
intulit mandata quibus quaſi duobus uberibus
ſuper pectus ſponſe elevatis nutriuntur alii
infancia. Et ideo ſubditur Jeſus autem reſpondit
ei quia primum omnium mandatum eſt. Audi iſrael
dominus deus tuus deus unus eſt. Primum
omnium maximum mandatum dicit hoc eſt quod in
anima debemus in corde ſinguli quaſi unicum pi-
etatis fundamentum locare .i. cognicio atque
confeſſio divine unitatis cum execucione bone
operacionis que in dilectione dei et proximi perficitur.
Unde ſubdit Et diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo et ex tota anima tua et
ex tota mente tua et ex tota virtute tua.
Hoc eſt primum mandatum. **Theophilus** Attende
qualiter omnes anime vires enumerat. Eſt enim
virtus anime animalis quam comprehendit videndo
ex tota anima tua ad quam pertinet ira et de-
ſiderium que omnia tribui vult divino amori.
Eſt et alia vis anime que dicitur naturalis

ad quam pertinet nutritiva et augmentativa
et iſta eſt eciam danda domino tota propter quod
dicit ex toto corde. Eſt et alia vis racio-
nalis quam mentem vocat et iſta eciam danda
eſt deo tota. **Gloſa** Mentem autem ſubdit Ex
tota fortitudine ad vires corporales refer-
ri poteſt. Sequitur Secundum autem ſimile eſt
huic diliges proximum tuum tamquam te ipſum.
Theophilus Propter hoc dicit eſſe ſimile quia
hec duo mandata alternatim ſunt ſibi con-
cordia et reciproce continent. Nam qui diligit
deum diligit et facturam ſuam. Principale
autem factorum eius eſt homo. Unde qui dili-
git deum diligere debet homines omnes.
Qui non diligit proximum qui multociens
dat cauſam ſcandali multo magis eum debet
diligere qui ſemper preſtat beneficia. Et ideo
propter coherenciam horum mandatorum ſubdit
Maius horum aliud mandatum non eſt. Et
ait illi ſcriba. Bene magiſter in veritate dixiſti
quia unus eſt deus et non eſt alius preter
eum et ut diligatur ex toto corde et ex to-
to intellectu et ex tota anima et ex tota for-
titudine et diligere proximum tamquam ſe ipſum
maius eſt omnibus holocauſtomatibus et ſa-
crificiis. **Beda** Oſtendit ex hoc quod dicit
Maius eſt omnibus holocauſtomatibus et
ſacrificiis gravem ſepe inter ſcribas et
phariſeos queſtionem eſſe verſatam quod eſſet man-
datum primum et maximum divine legis. qui-
buſdam videlicet hoſtias et ſacrificia lauda-
tibus aliis vero fidei et dilectionis opera
preferentibus eo quod plurimi patrum ante legem
ex fide tantum que per dilectionem operatur placuerunt
deo. In hac ſentencia ſcriba iſte ſe fuiſſe de-
claravit. Sequitur Jeſus autem videns
quod ſapienter reſpondiſſet dixit illi. Non
longe es a regno dei. **Theophilus** In quo non-
dum eſſe perfectum teſtatur. Non enim dixit
quod intra regnum celorum es. ſed non longe
es a regno dei. **Beda** Ideo autem non
fuit longe a regno dei. quia ſentencie
illius que novi teſtamenti et evangeli-
ce perfectionis eſt propria. fautor extitiſſe
probatus eſt. **Auguſtinus de conſenſu evangeliſtarum** Nec
moveat quod matheus dicit temptantem
fuiſſe a quo dominus interrogatus eſt. ſi forte ei

sit ut quamuis temptans accesserit dominum
tamen responsione correctus sit. Aut certe
ipsam temptacionem non accipiamus malam tamquam
decipere volentis inimici sed cautam tamquam
experiri amplius volentis ignoti. Jeronimus
Vel non est longe qui venit callide longe-
namque est ignorancia a regno dei quam scia
Unde supra saducei erratis inquit nesci-
entes scripturas neque virtutem dei. Sequitur
Et nemo iam audebat amplius eum interro-
gare. Quia enim in sermonibus conuicti sunt
ultra non interrogant sed apertissime comprehensum
romane tradunt potestati. Ex quo intelligimus
venena inuidie posse quidem superari sed
difficile conquiescere. ¶ Et respondens ihesus
Theophilus Quia christus ad passionem ven-
turus erat opinionem falsam corrigit iude-
orum qui christum filium dauid esse dicebant
non dominum eius. Unde dicitur Et respon-
dens ihesus dicebat docens in templo.
Jeronimus i. palam eis deest loquitur ut inex-
cusabiles sint. Sequitur Quomodo di-
cunt scribe christum filium dauid esse. Theophilus
Ostendit vero christus se esse dominum per verba
dauid. Nam sequitur Ipse enim dicebat
in spiritu sancto dixit dominus domino meo sede
a dextris meis etc. Non potestis michi
dicere quod dauid absque gratia spiritus sancti hoc dix-
erit sed in spiritu sancto vocauit eum dominum
Et quod sit dominus audi per hoc quod subdit Do-
nec ponam inimicos tuos scabellum pedum
tuorum. Ipsi enim erant inimici eius quos
deus pater scabellum posuit. Quod autem a
patre subicitur ei inimici non infirmitatem
filii sed unitatem nature qua in altero al-
ter operatur significat. Nam et filius subi-
cit inimicos patri quia patrem clarificat super
terram. Glosa Sic ergo dominus ex pre-
missis concludit dubitabilem questionem. Nam
ex verbis dauid premissis habetur quod christus sit
dominus dauid. Ex dictis autem scribarum habetur
quod sit filius eius. Et hoc est quod subditur
Ipse ergo dauid dicit eum dominum et unde
est filius eius. Beda Interrogacio ihesus
nobis proficit usque hodie contra iudeos
Et hii enim qui confitentur christum esse ventu-
rum hominem simplicem et sanctum virum as-
serunt de genere dauid. Interrogemus ergo eos
docti a domino si simplex homo est et tantum
filius dauid quomodo vocet eum dauid dominum
suum in spiritu sancto. Non autem reprehenduntur quod
dauid filium dicunt sed quod dei filium esse non cre-
dunt. Sequitur Et multa turba libenter eum
eum audiebat Glosa Quia scilicet videbant
sapienter respondentem et interrogantem
¶ Et dicebat eis in doctrina sua Jeronimus
Confutatis scribis et phariseis ut ignis corpora
arida exempla incendit Unde dicitur Et
dicebat eis in doctrina sua Cauete a scribis
qui volunt in stolis ambulare. Beda Am-
bulare in stolis id est ornatioribus vestimentis in-
dutos ad publicum procedere signat in quo inter
cetera diues ille qui epulabatur cottidie sple-
ndide peccasse describitur Theophilus In stolis
autem venerabilibus ambulant ex hoc volen-
tes honorari et similiter alia appetebant
que tendunt ad gloriam Nam sequitur
Et salutari in foro et in primis cathedris
sedere in synagogis et primos discubitus
in cenis scilicet volunt Beda Nota
autem quod non salutari in foro non primos sedere
vel discumbere vetat eos quibus hoc offi-
cii ordine competit sed eos qui hec
siue habita siue non habita indebite amant
a fidelibus quasi improbos docet esse cauendos
animum videlicet non gradum redarguens
quamuis culpa non careat si idem in foro
litibus interesse qui in cathedra moysi sy-
nagoge magistri cupiunt appellari. Dupliciter
sane racione vane glorie cupidis attendere
iubemur scilicet ne eorum simulacione seduca-
mur estimantes bona esse que faciunt vel
emulacione inflammemur frustra gaudentes
in bonis que laudari possunt simulant Theophilus
Specialiter eciam apostolos docet ut nullam cum
scribis habeant comparacionem sed ipsum christum
imitentur ordinans ipsos magistros horum
que sunt circa vitam agenda alios
eis supponit. Beda Non solum autem laudes
ab hominibus ymmo eciam pecunias querunt Unde
sequitur Qui deuorant domos viduarum
sub obtentu prolixe oracionis. Sunt enim
qui se iustos simulantes a peccatoribus suorum

[Glosa] turbatis quasi patronum pretiis iudicio futuri
pecunias accipere non dubitant et cum
porrecta manus pauperi pietas innatur solet
illi ob hoc maxime in partibus predicant
ut pauperi munus tollant. Theophilus. Attende-
bant autem scribe ad has mulieres que
sine protectione viri manebant et tamquam
fierent protectores et simulate orationis et
habitu reverentie et ypocrisi viduas decipi-
ebant et sic etiam devorabant divitum do-
mos. Sequitur. Hii accipient prolixius iu-
dicium, scilicet quam ceteri iudeorum peremptum.
Et sedens Ihesus. Beda. Dominus qui appe-
titores primatus et vane glorie cavendos
esse monuerat, et dona ferentes in domum
domini certo examine discernit. Unde dicitur:
Et sedens Ihesus contra gazophilacium aspi-
ciebat quomodo turba iactaret es in gazo-
philacium. Sermone greco philaxe servare
dicitur, et gaza lingua persica divitie vocantur.
Unde gazophilacium locus appellari solet
quo divitie servantur, quo nomine et archa
in qua donaria populi congregabantur ad u-
sus templi nominatur et porticus etiam in quibus
servabantur appellabantur. Habes exem-
plum de porticibus in ewangelio. Hec
verba locutus est in gazophilacio docens
in templo. Habes et de archa in libro re-
gum. Et attulit Ioiada pontifex gazo-
philacium unum etc. Theophilus. Erat autem lau-
dabilis consuetudo apud iudeos ut divites
habentes et volentes aliquid in gazophi-
lacio ponerent quod esset pro sacerdotibus et
pauperibus et viduis ut exinde nutrirentur.
Et ideo subditur: Et multi divites iactabant
multa. Multis autem hoc facientibus ac-
cessit et vidua ostendens affectum in oblatione
pecunie secundum propriam virtutem. Unde sequitur: Cum
venisset autem una vidua paupercula misit
duo minuta quod est quadrans. Beda. Alia
divitem vocant calculatores quartam partem
cuiuslibet rei, videlicet aut loci aut temporis
aut pecunie. Forsitan ergo hoc loco quartam
partem sicli id est duos obolos significat. Sequitur:
Et convocans discipulos suos ait illis: Amen
dico vobis quoniam vidua hec paupercula plus
omnibus qui miserunt in gazophilacium. Deus
enim non substantiam offerentium sed conscientiam pen-
sat nec perpendit quantum in eius sacrificio
sed ex quanto proferat. Unde subditur: Omnes
enim ex eo quod habundant illis miserunt, hec
vero de penuria omnem quam habuit misit totum
victum suum. Ieronimus. Mistice autem divi-
tes sunt qui proferunt de thesauro cordis
sui nova et vetera que sunt incerta et
occulta sapientie divine utriusque testamenti.
Paupercula autem quis est ut ego et mei similes
qui mitto quod possum et desidero quod non
possum vobis explanare. Nam non quantum
vos audistis sed ex quanto desiderat Deus.
Unusquisque autem quadrantem potest offerre
que est voluntas prompta quam dicit quadrans
quia tribus consistit, scilicet cogitatu,
verbo et facto. Quod autem dicit totum victum suum mi-
sit hoc significat quia tota voluntas cor-
poris in victu consistit. Unde dicitur: Totus
labor hominis in ore suo est. Theophilus. Vel aliter,
vidua ista est anima hominis relinquens
sathanam cui fuerat adiuncta qui mittit in templi
erario duo minuta, scilicet carnem et mentem.
Carnem quidem per abstinentiam, mentem vero per
humilitatem ut sic audire valeat, quod totum
victum suum posuit et sacrum fecit nichil de
sua mente vel in corpore. Beda. Allegorice autem
divites qui in gazophilacium munera mit-
tebant iudeos de iustitia legis elatos, vi-
dua pauper ecclesie simplicitatem designat.
Pauper quidem quia spiritum superbie vel
concupiscentias temporalium abiecit. Vidua vero
quia vir eius pro ea mortem pertulit. Hec
in gazophilacium duo minuta mittit quia
dilectionem dei et proximi seu fidei et orationis
munera defert que consideratione proprie fragili-
tatis minuta sed merito pie intentionis
accepta cunctis superbientibus iudeorum operibus
prestant. Ex habundanti sibi iudeus mittit in
munera dei qui de iustitia sua presumit. Ecclesia
autem omnem victum suum in dei munera mittit, etiam
quia omne quod vivit non sui meriti sed divi-
ni muneris esse intelligit. Capitulum xxij

Et cum egrederetur. Beda.
Quia fundata ecclesia
Christi iudea dignas
sue perfidie penas erat
luitura apte dominus
post laudatam in paupere
vidua devotionem ecclesie